



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expositio Cavsarvm Quibus S. R. M. Sveciae bellum à
Rege Regnoque Daniae sibi illatum, etiam post Pacem
Roschildiae initam, continuare coacta fuit**

Coyet, Peter Julius

[S.l.], 1658

Excerpta ex literis de dato Haffn. d. 8. Jun. Anno 1658.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10534

35
fuere. Et primariorum Quidam Regni Sueciæ Ministrorum alicui Sena-
tori Regni Daniæ, ut ille huc perscripserit, nuper affirmasse dicitur, exercitum
Suedicum è regionibus his exire non posse, priusquam Rex & Dominus
suus circa hoc ipsum tutus redderetur, & extra periculum esse posset: quem-
admodum etiam turmæ Suedicæ in effectu Friderici-oddæ adhuc com-
morantur, non habita ratione, quod vigore Tractatum locus iste die pri-
ma hujus mensis, stylo veteri, evacuari debuisset. Id quod heic multa in-
commoda & insignem consternationem progenerat, præsertim cum Go-
thenburgo eadem huc perscribantur. Proinde adhuc confido, Vestris Præ-
pot. Celsitud. me tuto & certissime asseverare posse, Danos ita ut par est,
abhorre ab assensu in sæpe dictam exclusionem omnium bellicarum na-
vium è mari Balthico; Sed illius rationem reddere nequeo, quod via co-
actionis & violentiæ obtineri & injungi potest. Equidem nihil eorum inter-
mitto, quæ ratione officii mihi incumbunt, ut quantum possibile, omnibus
præjudiciis, quæ S. Præp. Celsit. Statui & commodo exinde nasci possunt,
prævenirem; verum præterea requiritur, ut officia ista mea (quod tamen
salvo Principali judicio ac auctoritate dictum velim,) non expressis so-
lum mandatis, sed & in omnem eventum ejusmodi decretis ac resolutioni-
bus, quæ ad securitatem Regni hujus, Eiusdemque Ministros omni pericu-
lo liberandos facere quid possent, stabiliantur ac confirmentur. Domini
Legati Suedici hac in re palam & expresse pronunciant, ita ut in particulari
conversazione mihi affirmaverint, S. R. M. Sueciæ adventum peregrinæ
classis bellicæ violationem & rupturam Pacis interpretaturam esse.

Excerpta ex literis de dato Hassn. d. 8. Jun.

Anno: 658.

INterea dicti Domini Legati Suedici cum finaliter nosse cuperent, utrum
Regnum hoc non sit propensum, arctiori cum Suecis fœdere constringi,
quam quod in extradito à Danis fœderis Projecto contineretur, id respon-
si expressis verbis retulerunt (quemadmodum ab iis ipsis qui hæc negotia
tractant, mihi narratum fuit) quod ab hac parte in nihil præterea aliud con-
sentiri, specialiter vero nullatenus concedi possit, quod de exclusione navium
bellicarum è mari Balthico postulatum fuit. Unde sæpe memorati Domi-
ni Legati tam in Congressu cum Commissariis hujus Regni, quam cum Do-
mino Legato Gallicano sese declararunt, quod dicti fœderis nullam in po-
sterum rationem habere velint, sed desiderent tantummodo Instrumentum
vel articulum quendam confici, ejus vigore atq; beneficio nuper in ita pax
confirmetur, & insuper promittatur, nihil turbarum Danos olim daturos
esse intuitu eorum, quæ contra pacem admissa dici & prætendi possent. Et
quantum ego percipio, Instrumenti hujus extraditio in eorum quoque nu-
mero comprehenditur, quæ ante discessum exercitus Suedici è regionibus
hisce necessario præstanda erunt.

Lite.